

OBSERVATIO CCC.

De collatione nova feudi ab immemoriali tempore ad Dominum reversi, quatenus sit valida extante pacto familie de non alienando.

Primò, Juris dubii non est, quod Dominus vel Administrator, cui alienare non licet, non impeditur prædia in emphyteusin vel feudum dari solita, facta consolidatione, alteri in feudum concedere. Rerum Ecclesiasticarum alienatio Ecclesiae, inconsulto Pontifice, & sine certis solennitatibus, prohibita est, speciatim infeudatio. Limitatur tamen regula quoad res infeudari solitas,

Cap. 2. ex parte tua. X. de Feudis. Extravag. Ambitiosa de rebus Eccles. non alien. add. textum 2. Feudor. tit. 35. de Cleric. qui investit. facit 1. Feud. tit. 6. Episcopum vel Abbatem vel Abbatissam &c.

Minor alienare, & in feudum prædia sua dare prohibetur, de prædio tamen infeudari solito, seu feudo antiquo, recte & valide confert investituram,

2. Feud. tit. III. per quos fiat investit. §. 1.

Neque in prohibitione de non alienando, & non infeudando, intelligiur concessio nova feudi ad Dominum

num reversi, quam Sententiam tueruntur de Prælato in rebus Ecclesiasticis,

Schenck. de Feud. tit. 6. Gonzalez. ad dict. cap. 2.
X. de Feud. Gail. lib. 2. observat. ult. num. 3. seq.
Sonsbeck. de Feud. part. 8. num. 4. Julius Clarus
lib. 4. §. feudum. quest. 13. Zalius de Feud. tit. qui
feudum dare poss. num. 70. Rosenthal. de Feud.
cap. 4. conclus. 21. 22. latissimè de Vela lib. 1. dis-
sertat. 15. num. 76. Barbos. de Offic. & Potestat.
Episcop. part. 3. alleg. 95. num. 29.

Adeò ut nequidem Juramentum de non alienando in-
telligatur de iis quæ alienari sunt solita ,

dict. cap. 2. X. de Feud. & ibi de Vela loc. citat.
num. 30. Gutierrez. de Juram. Confirmator. part. 1.
cap. 52. num. 4. Navarrus in tractatu de alien.
rer. Eccles. num. 11. Pereira de Renovat. Emphyt.
quest. 11. num. 30. add. Vela loc. citat. num. 77.
Seraphin. de Privileg. Jurament. privileg. 52.
num. ult. Smalzgruber. ad dict. cap. 10. num. 48.
Variis adductis Decidendi, & resolutis Dubitandi
Rationibus.

Non enim tam censetur fieri alienatio, quam antiqua
continuari ,

Rosenthal. loc. citat. conclus. 22. num. 2. variorum
textuum argumento ostendit de Vela loc. citat.
num. 78. Gail. loc. citat. num. 3. Smalzgruber.
X. de Feud. num. 58.

Licet feudum, quod apertum, aut ad Dominum alienari probitum, v. gr. Ecclesiam, devolutum esset, & apud eam aliquo tempore permansisset,

Bald. in cap. 1. de Cleric. qui investit. fecit. Zasius loc. citat. num. 49. Gudelin. de Jur. Feud. part. 2. cap. 1. num. 8. Rosenthal. cap. 4. conclus. 24. Julius Clarus lib. 4. S. feudum. quast. 13. num. 3.

Aliter verò est sentiendum, si bona feudalia ad Ecclesiam, Prælatum, Dominum, reversa, mensæ aliquis que bonis quorum alienatio prohibita, fuerint incorporata,

cap. ut super. X. de rebus Eccles. alien. vel non. Udalricus Zasius loc. suprà citat. num. 49. in fin. Sonsbeck. loc. citat. num. 7. in fin. Rosenthal. cap. 4. conclus. 33. Vela loc. suprà citat. num. 79. in fin. Reiffenstul. lib. 3. tit. 18. X. de locat. conduct. num. 266.

Incorporata autem dicuntur, non tantum si Dominus, penes quem consolidatio dominii utilis cum directo facta est, expressè talem incorporationem præceperit: sed & si hujusmodi bona in Registris, seu Libris Censualibus per Principem, Prælatum, seu eorundem Officiales fuerint inscripta,

Udalricus Zasius loco citat. num. 50. Sonsbeck. loco citat. num. 8. Rosenthal. de Feud. cap. 4. conclus. 34. num. 4. § 7.

Aut,

Aut, si hujusmodi bona devoluta eodem Jure, quo bona
reliqua mensalia, aut domania, longissimo tempore
tractarentur, tunc enim pro incorporatis habebuntur,

Udalric. Zaf. dict. loc.

Tametsi non constet de causa cur infeudatio non sit
renovata, sola enim fructuum per Principem aut Præ-
latum perceptio & collectio per 30. annos, talia bona
ad mensam Ecclesiæ, seu Principis domanium referri
facit. Neque desunt qui minoris temporis decursum
requirant, vel arbitrio Judicis relinquant. Videantur
distinctè explicantes

Udalric. Zaf. dict. tit. qui feud. dar. poss. num. 50.

Sonsbeck. de Feud. part. 8. num. 8. post Cur-
tium de Feudis part. 2. quæstione 5. nnum. 7.
Gudelin. loco suprà citat. num. 8. Rosen-
thal. cap. 4. conclus. 34. num. 9. Et seqq. qui
in Notis sub lit. L. ait: *Hujusmodi tem-
pus, nempe 30. 40. annorum, sufficere indubi-
tatum est.*

His omnibus tamen obstantibus, alienatio fundi, prædii,
feudi ad Dominum reversi, posita etiam prohibitione,
Lege vel Statuto Familiæ facta, subsistere potest ex cau-
sis & circumstantiis peculiaribus: Si res alienata non sit
magni valoris, neque grave inferat detrimentum,

Textus expressus in Canon. Terulas. 53. caus. 12.

quæst. 2. Gratian. Disceptat. Forens. cap. 452.

num. 2. Leo Thesaur. For. Ecclesiast. part. 1.
cap. 15. num. 16. Barbos. de Offic. & Potest. Episcop.
alleg. 95. num. 5. Smaltzgrub. X. de reb. Eccles.
alien. vel non. num. 44.

Etiam per donationem,

cap. 3. X. de Donat. & ibi Canonista. signanter Bar-
bos. in cap. 3. num. 2. argum. l. fin. Cod. de Pra-
diis decur. sine decret. lib. 10. Engel. X. de Do-
nat. num. 12. Pirhing. eod. num. 13. Reiffenstul.
eod. num. 34. 35.

Cum primis si fuerit donatio remuneratoria ob meri-
ta, ratione quorum etiam officio Judicis aliquid exigi
posset,

argum. tot. tit. ff. de extraord. cognit. Smaltzgrub.
X. de Donat. part. 2. num. 17.

Aut ob talia, quorum effectus vergit in augmentum
redituum donantis,

argum. l. si Pater. 34. §. 1. ff. junct. l. 27. ff. de Do-
nation.

Plures enim effectus donationi remuneratoriæ tribuun-
tur, qui simplici donationi non adscribuntur. Cui
prohibitum est donare, ei, non obstante interdictione
legis, remuneracionis tamen causa donare licet,

argum. l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. Patron. junct.
l. vivus. l. libertus. 9. ff. eod.

Tuto-

Tutores, quibus donare non est permisum, remunerationis causa donare non prohibentur,

*L. qui Filium. ff. ubi Pupillus educar. l. cum plus
res. 12. §. 3. l. 13. ff. de administr. Tutor.*

Conjux conjugi donare remuneratoriè potest,

*L. 7. §. si vir uxori. ff. de Donatione inter virum
& uxorem.*

Prælati, seu Episcopi, quibus rei notabilis valoris, alienatio est interdicta,

cap. 2. X. de Donat.

Donationes tamen verè remuneratorias faciunt validè,

post Abbatem ad cap. 3. X. de Donation. num. 3.

& in cap. 5. num. 6. eod. Layman. lib. 3. tr. 4.

cap. 14. num. 9. Pirhing. X. de Donat. num. 10.

Engel. eod. num. 22. Reiffenstul. eod. tit. n. 40.

ubi dicit hanc communem.

Licet alias infeudatio nova Prælatis sit prohibita,

cap. 2. X. de Feud.

Remunerationis tamen causa, ut valida, & licita approbatur,

cap. 5. X. de Donat.

Et generaliter regula prohibens certis personis, non intelligenda est de donationibus verè remuneratoriis,

Smalzgrub. ad tit. X. de Donat. num. 17.

Qualitas verò meritorum , ut ob ea donatio sit valida,
relinquitur arbitrio Judicis , qui in judicio ferendo in
considerationem adducet conditionem donatoris, dona-
tarii , & causam , ob quam fit donatio ,

Smalzgrub. dict. loc. §. 2. num. 17.

Quanti res sit valoris ,

Gonzalez. ad cap. 3. X. de Donat. num. 7. in fin.

Hæc consideratione digna sunt habita in casu do-
nationis , à Principe factæ Consiliario suo , ob merita ,
feudi cuiusdam, quod ab immemoriali tempore ad Do-
minum erat reversum.

COROLLARIUM I.

*De Jure Colonario, & Jure Communionis Bo-
norum inter Conjuges , in Comitatu Delmenhorstiano ,
& de formula Pactorum Matrimonialium lân-
ger Leib / langer Guth.*

IN Comitatu Delmenhorstiano Anna Clara cum Publio
matrimonialibus pæctis ita convenerunt : ut maritus
uxori traderet post consummationem omnia sua bona
præsentia & futura. Si sterile foret conjugium, super-
stes deberet esse hæres, ceteræ juxta formulam patriæ:
langer Leib / langer Guth.

Mortuo marito , relictis & duabus filiabus , vi-
dua secundas nuptias contraxit cum Ortigo. Pactor-
rum